

S. C. Andreae Giordano, aliisque Patronis; tantumque illius gravissimam paupertatem commiserata indulset, ut aucto eidem Capellano stipendio juxta taxam Diocesanam elemosynæ manualis, superextantes redditus per septennium erogarentur ejusdem favore in sui substantationem, docto facto verbo cum SS. Neapolitana die 28 Junii 1837 ad 4 dub.

(18. Capellanis, quibus a fundatione præscripta fuerat duarum Missarum in hebdomada celebratio ad altare SS. Crucifixi Cathedralis Bastiæ, et Choralis adstantia etiam in qualitate Diaconi, et Subdiaconi in Missis Conventualibus; cum ob translationem præfati Capituli Adjacium liberi a choralis servitio evasisent, onus imposuit S. C. juxta votum Episcopi inseruendi in Missis Solemnibus in munere Diaconi, et Subdiaconi in dicta Ecclesia olim Cathedrali Bastiæ, donec ibi redintegraretur Capitulum, ac celebrandi Missas lectas hõris, et diebus ab Episcopo præfati in commodum populi. Adjac. 27 Mart. 1841.

(19. Ob ruinas a terræmotu causatas dispersis pagi Serravalle familiis, et a parochiali residentia longe dissitis, Capellanis curatis constitutionem, quæ parochum coadjuvaret, expostulantibus; cumque media omnia ordinaria desiderarentur, ad stipendium eidem assignandum, provisionem aliquam ab S. Ordine postulantibus, S. Ordo annuit quoad Capellani constitutionem, approbandi ab Episcopo cum dependentia a parochio, et ad nutum amovibilis; quoad stipendium respondit ad mentem. Nursina Capellani Curati die 24 Martii 1838.

(20. Jam ab anno 1838, obtinuerant a S. Ordine incolæ Saravalle Capellanum Curatum eo loco constitui cum stipendio scut. 40, a Camera Spoliorum per biennium persoluto; eoque termino elapso, stipendium ipsum ex pia hæreditate Renzi pro orphanotrophii erectione relicta decerpi assecuti fuerant. Ast conquerente ejusdem hæreditatis administratore, ac alia magis ordinaria providendi media proponente, S. Ordo prævio recessu a decisio, stipendium constitui jussit juxta votum Episcopi, id est in scut. 24, ex censu a Benefactore quodam exhibito, in scut. 10, ex congrua Parochi Ecclesiæ Matricis, et aliis 10, ex Beneficio S. Claudii, donec aliter provideretur. In Nursina Capellani Curati die 4 Junii 1838, ad 1 et 2 dub.

(21. Marius Menicocci, uti rector Capellaniam in Basilica S. Marci de Urbe, cujus favore creatus fuerat census scut. 500, cum petiisset anno 1840 solutionem ejusdem fructuum usque ab an. 1813, quo Capellaniam possessionem fuerat assecutus, quosque ex ignorantia census præfati numquam requisierat, ab hæredibus Evangelistæ de

CAPITULUM.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Ad petitionem Prioris, et Capituli Ecclesiæ S. Nicolai Baren. S. C. censuit. « Ipsam Priorem S. Nicolai Baren. omnino teneri ad publicas Processiones accedere. Eo

Rubeis, ejusdem census debitoribus, isti vero solutionem recusassent, quod censum vel extinctum vel præscriptum esse arbitrentur ex omnia per immemorabile tempus solutione fructuum, ac ex diuturno ipsius Capellani silentio; postulavit a S. C. ut declarando census existentiam, fructus decursos sibi tradi mandaret: quæ tamen, cum non plene de bono Oratoris jure constaret, coadjuvari jussit probationes. In Romana Censu die 3 Decembris 1838, ad 1 et 2, dubium.

(22. Iisdem de causis cum ageretur de Capellano curato parochio Saccovisi in eadem Diocesi adsciscendo, qui parochialibus obeundis muneribus impar factus fuerat, S. C. censuit rem remittendam esse D. Secretario cum SS. ad formam Tudertinæ diei 2 Augusti 1833. Nursina Capellani Curati die 22 Decemb. 1838.

S. CONGREGATIONIS ET EPISCOPORUM REGULUM DECRETUM.

(1. Sacerdos Josephus Grima Melitensis, de quibusdam suis bonis præscripserat ut fructus in quædam opera pia erogarentur, præsertim vero in pauperum levamen, quando aliquis publicæ calamitatis casus evenisset. Pii vero operis executorem perpetuum voluit esse ipsum capitularem Collegiatæ cœtum.

Cum tamen ex legum civilium ibi vigentium præscripto Executores testamentorum ad executionem sibi assumendam non admitterentur, nisi præstita hypothecaria in propriis bonis cautione, Capitulum dubitavit, num capitularia bona hypothecæ subjici possent, et in casu affirmativo, num huic oneri obnoxii etiam essent Canonicatus de jurepatronatu, eo magis quod patroni dissentirent.

Itaque habito confugio ad S. C. Ep. et Reg. dubium confectum est: *Se e come convenga annuire alle preci del Capitolo oratore?*

EE. PP. in Meliten. Hypothecæ diei 13 Jan. 1843, rescripserunt: « Dilata, et scribatur Episcopo, ut transmittat particulam fundationis, et accuratius referat de bonis pii relictis, et iterum audiat Capitulum ad effectus cognoscendi, utrum omnes Canonici consentiant in suscipienda hypotheca bonorum, aut potius tantum Canonici de Massa, exceptis semper quatuor Canonicis de Jurepatronatus. »

Iterum vero proposita in Cong. Generali ejusdem anni, EE. PP. rescripserunt: « Affirmative, inscripta hypotheca super bonis Canonicatum, exceptis quatuor Canonicis juris patronatus Buslotis: et ad mentem: mens est: *Che si scriva a Monsig. Vescovo, onde procuri e di garantire il Capitolo dall'effetto di qualunque legge, che potrebbe ostare al libero e sicuro possesso de' beni stabili nel medesimo capitolo ad annum.* »

Ecclesiæ servitio ibidem relictis. » Baren. die 24 Januarii 1593.

(2. Proposita controversia super declaratione Decreti S. C. R. 15 Julii 1752, ad 6, nempe « cuinam incumbat onus, et cura præparandi scamna, quoties Capitulum Cathedralis occasione fundationum collegialiter accedit ad Collegiatam » S. eadem C. rescribendum censuit: « Onus præparandi scamna spectare ad Capitulum Collegiatæ, quoties Processio ad ipsius Ecclesiam ducatur. » Et ita declaravit die 26 Augusti 1752.

(3. At deducta pariter in eadem S. R. C. novissima controversia, quæ Ecclesiæ Cathedralis Casalen. Capitulum, ejusdemque Canonicos summopere exagitabat, circa resolutionem Dubii: An scilicet, et a quo osculum, et thurificatio danda sit Dignitatibus, et Canonicis Collegiatæ, in casu, etc.? cui eadem S. Congregatio rescripserat « Dilata, et exquiratur votum Magistrorum cæremoniarum. » Demum respondit: « Thurificationem faciendam esse per Acolytum unico ductu cum inclinatione capitis antea et post singulis Canonicis, et Pacis osculum dandum esse per eundem Ministrum. In reliquis ad eundem E. Ponentem cum facultatibus capiendi provisiones sibi benevisas, die 14 Apr. 1753. »

(4. An interveniente Capitulo Cathedralis Civitatis Cajetæ ad funus defuncti, Parochus, cæterique de Clero tam sæculari, quam regulari, sicut etiam Confraternitates, teneantur convenire hora statuta ad dictam Ecclesiam Cathedralis, ut inde ordinate procedant ad domum dicti defuncti? S. C. Affirmative et amplius. Cajetan. die 16 Julii 1757, ad 3.

(5. An capitulum Ecclesiæ insignis Collegiatæ Terræ Montis Cassiani certioratum a Magistratu de ejus intervntu in habitu et forma ad sacras functiones, teneatur denunciare eidem Magistratui imminente celebrationem dictæ sacræ functionis? S. R. Cong. rescribendum censuit. « Affirmative. Laurentana 16 Decemb. 1766, ad 1. »

(6. An dictum Capitulum teneatur retinere Sacerdotem cotta indutum, ut advenienti Magistratui occurrat in janua majori Ecclesiæ, eumque aqua benedicta aspergat, in casu, etc.? S. C. R. « Sacerdos cotta indutus advenientem Magistratum aqua benedicta aspergat, » respondit. Ibid. ad 2.

(7. An eidem Magistratui solemnibus interressenti, teneatur Dignitas, seu Sacerdos celebrans, necnon Diaconus, et Subdiaconus eidem celebranti assistentes, toties, quoties ad Altare accedunt, vel ab eo recedunt reverentiam, et salutationem per capitis inclinationem peragere, in casu, etc.? S. R. C. « In primo accessu ad Altare, et ultimo recessu ab eodem tantum. » Ibid. ad 3.

(8. An Magistratus prædictus Solemnibus interessens in distributionibus candelarum, eimerum, palmarum, et SS. Eucharistiæ Sacramenti, immediate post Capitulum sit præferendus cæteris Sacerdotibus, et Clericis, qui non sunt de Capitulo in casu, etc.? S. C. R. Negative. Ibid. ad 4.

(9. An Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Montis Ulmi teneatur intervenire supplicationi S. Antonii, et quomodo præcedere debeat invitatio, et sit recipienda in casu, etc.? S. C. respondit: « Provisum in concordia inita anno 1773, et amplius. » Firmana die 30 Apr. 1796.

(10. Il Vescovo di Andria bramando che nella sua Chiesa Cattedrale il tutto proceda regolarmente, propose i seguenti dubbii:

In tutto il corso dell'anno per riduzioni fatte da alcuni Vescovi colle debite facultà debbono cantarsi numero ventidue Messe di Requiem, quali sogliono ripartirsi ne giorni di rito semidoppio.

Nella Cattedrale di Andria in tutti i giorni di rito semidoppio, quando possono dirsi Messe di Requiem, vi è l'obbligo di cantarsi una Messa di Requiem detta quotidiana nel modo, com'è segnata nel Messale di Morto.

In ogni Lunedì, benchè sia di rito doppio, vi è l'obbligo di recitare con canto, e talvolta anche senza canto alcuni Responsorii dell'Officio de' Morti in Suffragio di alcuni pii disponenti, e defonti in generale.

Il metodo, che si è tenuto ab immemorabili senza opposizione de' Vescovi pro tempore nel sodisfare ai suindicati obblighi è stato il seguente:

Al principiar nelle Laudi in Coro una porzione de' Canonici, e Sacerdoti non meno di quattro, previo il permesso del Prefetto del Coro medesimo staccandosi dall'altra, che rimane a proseguire il divino Officio colla Conventuale, ed altri Legati di Anniversari, che possono accadere in quel giorno, si porta in una Cappella della stessa Chiesa, detta Oratorio, per assistere alle Messe segnate N. 1 e 2, e recitare i Responsorii segnati al N. 3, senza però portar confusione, o disturbo al Coro, attesa la segregazione, e sufficiente distanza della nominata Cappella.

Si domanda se questa costumanza di dividersi gli addetti al Coro per sodisfare gli obblighi enunciati possa tollerarsi dall'Oratore, oppure togliersi come abuso con obbligare tutti del Coro alla soddisfazione, di cui trattasi? Che della grazia.

(11. Sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit. « In Choro post Primam satisfaciendum esse oneribus Capituli. » Die 3 Aug. 1839.

(12. Avendo chiesto il Decano, ed i Canonici della Collegiata Chiesa di S. Genesio dell'Archediocesi Camerinense, che l'Arciprete fosse costretto ad ascoltare la Predica nel Presbitero insieme col Capitolo, la S. Con. rispose: « Detur Decretum in una Bononien. Præeminentiarum diei 9 Decembris 1730. » Camerinen. Die 3 Augusti 1839.

(13. An in Collegiata Ecclesiæ S. Nicolai in Civitate Barensi, Canonico solemniter celebranti liceat assumere Beneficiatum, qui officio fungatur Presbyteri assistentis cum Pluviali, Palmatoriam deferendo? S. Con:

Negative in casu Baren. Die 3 Augusti 1839, ad. 1.

(14. Utrum Canonici Mitræ et Crucis pectoralis privilegium habentes, uti possint etiam Faldistorio, Chirotheis, Dalmaticis, Sandaliis, Palmatoria, Gremiali, Baculo sine velo pendente dum solemniter celebrant. S. C. « Stricte standum privileg. » Ibid. ad. 2.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Non ad præpositum nec ad Archidiaconum, sed ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis spectat jus admittendi novos Canonicos ad possessionem Canonicatum, juxta formam hactenus observatam, ut nempe post Fidei professionem et juramentum coram Archidiacono, vel etiam altero digniori, eo absente præstitum novus Canonicus in statione collocetur per duos Canonicos a Capitulo deputandos, nisi alii exequutores in Literis Apostolicis dati fuerint. Camerinen. Præemin. die 7 Aprilis 1781, dub. 6.

(2. Jus convocandi Capitulum pro negotiis Capitularibus convenit Archidiacono Ecclesiæ Cathedralis, et Canonicis, ordine successivo, private quoad Episcopum, ejusque Vicarium Generalem. Camerinen. Præemin. die 7 April. 1781, dub. 7.

(3. Resolutionem autem de ineundis Comitibus Capitularibus singulis secundis Dominicis cujuslibet mensis absque ulla prævia denuntiatione S. C. improbat: Ibid., dub. 8.

(4. Deinde pro convocatione Capituli Canonici instantes præventive denuntiare Archidiacono negotia in eodem Capitulo tractanda, non tenentur. Ibid. dub. 9.

(5. Sed supplicationes prædictæ Ecclesiæ indicendæ sunt per Archipresbyterum de consensu Capituli juxta decretum Card. Episcopi anni 1781. Ibid., dub. 9.

(6. Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Reatinæ competere jus eligendi examinatores, ad periculum de Cantu Gregoriano faciendum pro sex prioribus Clericalibus beneficiis consequendis, declaravit S. C. statuens insuper fructus harum Clericalium Præbendarum vacantium Massæ Capitulari accrescere, ejus emolumenta in distributionibus quotidianis consistunt. In Reatina Juris deputandi Examinatores ad 1, 2 et 4, Dub.

(7. Quum disputatum fuisset an jus perpetuum Capitulum convocandi in Ecclesia collegiatæ S. Michaelis Archangeli urbis Firmi competat Priori ipsius Collegiatæ, seu idem jus partiri annuatim in singulos canonicos debeat, nulla data fuit definitio, sed tantum præfigendum terminum Priori ad deducenda jura sua creditum fuit: Firmana die 8 Junii 1782, dub. 1. Deinde affirmativum ad primam, negativum ad secundam partem editum fuit responsum: die 6 Sept. 1783.

(8. Capitulo Ecclesiæ Cathedrali licuit, et in posterum licebit cum approbatione Episcopi variare, vel reformare horarium; etiamsi fuerit in Laurena Synodo 1626, a Card. Episcopo Romæ horarium statutum.

et S. C. huic decreto addidit ad mentem. « Et mens est, ut servetur resolutio Capitularis anni 1774, et si quid erit innovandum consulatur S. C. » Laureana Horarii die 8 Junii 1782, dub. 1.

(9. Disceptatum etiam fuit, an constaret, quod Canonici et Capitulum prædictum ex pecuniis, seu redditibus Ecclesiæ, vel Fabricæ ejusdem Ecclesiæ confecerint expensas, quæ spectant ad ipsum Capitulum, et non attingunt interesse ipsius Ecclesiæ, seu Fabricæ, et capta fuit resolutio, ut ab Episcopo præfigeretur terminus Canonicis ad reddendam rationem coram eodem. Ibid. dub. 2, confirmatum et additum juxta modum. Ibid.

(10. Regimen et Administrationem Ecclesiæ Parochialis S. Petri Montis Martiani in Collegiatam noviter erectæ, et clavium custodiam ejusdem Ecclesiæ Sacarii, chororum, et cubiculi positi supra Capellam B. M. Carminis, turrium sacrarum spectare juxta modum: « Nempe ad formam primi Decreti Card. Episcopi anni 1781, » ad Capitulum per Canonicum Æditum annuatim ad ipso eligendum exercendam, non vero private ad Archipresbyteram S. C. præfinivit: Senogallien. die 13 Junii 1789, dub. 1.

(11. Prædictoque Capitulo subesse nequit societas SS. Rosarii in eadem Ecclesia S. Petri, ut asseritur, erecta, sed soli Archipresbytero: Ibid. dub. 8.

(12. Precentionem vero antiphonæ et cantum orationis pertinere ad superiorem Conventualium, cum in supplicationibus Divi Marci, et Rogationum ad eorum Ecclesiam accedit Capitulum, juxta pariter Episcopi votum: Ibid. dub. 3.

(13. Ac procedere tandem debere Conventuales ordinate ad Ecclesiam Collegiatam, eamque ingredi ad adorandam Crucem ad formam consuetam, cum ipsi supplicationum causa ad illam accedunt: Ibid. dub. 4.

(14. Et eo absente a loco residentie, vel renuente, licere convocare Capitulum de licentia senioris presentis: Ibid. dub. 3.

(15. Ac jus proponendi materias decidendas in Capitulo pertinere ad singulos Canonicos post Præpositum per ordinem ætatis prærogativæ S. C. statuit: Ibid. dub. 4.

(16. In Parochiali Ecclesia S. Bartholomei Marrivallium in Collegiatam erecta conditæ fuerunt Constitutiones Capitulares, in quibus præ cæteris statutum est, ut Capitula congregentur de mandato et licentia Præpositi, primæ et unicæ dignitatis, sive in ejus absentia Canonici senioris. Semper servata fuerunt Præpositi jura, modo autem die 20. Januar. convocatum fuit Capitulum a seniore Canonico, licet Præpositus esset in oppido præsens. Quæstione idecirco orta, S. C. declaravit Præposito prædicto præesse Choro, interveniente Præfecto, aut eo deficiente in munere integrum est: Firmana Præemin. die 26. Nov. 1796, dub. 1.

(17. Nec non spectare ad Præpositum jus convocandi Capitulum censuit: Ibid. dub. 2.

(18. Ac jus proponendi materias decidendas in Capitulo spectare voluit S. C. ad

singulos Canonicos post Præpositum, per ordinem ætatis prærogativæ S. C. statuit Ibid. dub. 4.

(19. Imo resolvit constare de nullitate Capituli die 27. Maii, et die 12. Junii 1796. Nam spretis contestatis denuntiationibus cordatorum Canonicorum, et absque mandato Præpositi, imo cum inhibitione S. C. nihil innovari, convocatum fuit. Ibid. dub. 6.

(20. Uni vero addicitur Capitulo jus eligendi, et removendi Officiales d. Firmana 17. Junii 1797. ad 3. Dub.

(21. Capitulares inter Collegiatæ S. Bartholomæi Marrivallium jus esse decernitur Mansionariis ferendi suffragium, dum agitur de administratione honorum, vel erogatione pecuniæ ad communem massam spectantis, Firmana vocis in Capitulo 17. Junii ad 1. Dub. et confirmatoria 17. Nov. 1797. ad 2. Dub.

(22. Capitularem resolutionem factam die 3. Aug. 1803. a Canonicis Cathedralis Signæ super modo percipiendi fructus ex nonnullis fundis in commune possessis, exequendam esse censuit Sacra Congregatio, non obstante nonnullorum Capitularium dissentio. In Signina 13. Sept. 1806.

(23. Cum Capitulum Tusulanum sub die 16. Mart. 1771. ex Decreto Sacra Congregationis obtinisset, ut servitium Chori reduceretur ad alternas hebdomadas, ita tamen, ut omnibus diebus festis et tempore dventus, et Quadragesimæ, et Octavarum privilegiatarum choro interesse deberet, nunc postulavit moderationem harum clausularum, quam rejecit Sacra Congregatio. In Tusulana Servitii Chori 18. Jun. 1808.

(24. Servitium Chori Capituli Vincanelli, intenta diminutione præbendarum, reduxit S. Congregatio, ita ut omnes Capitulares ad dies tantum festos de præcepto, et solemnioribus Nativitatis, Resurrectionis D. N. J. C. tempore Adventus, et Quadrages., festo Corporis Christi et per totam octavam ejusdem ac aliis temp. Ordin. benevisis servirent. In Civitatis Castellanae reductionis Servitii Chori 6. Aug. 1808.

(25. Decretum Episcopi Ginanni diei 18. Martii 1783. quo instituit quatuor Canonicos Honorarios in Capitulo Collegiatæ SS. Salvatoris Civitatis Fulginæ, approbavit S. Congregatio, et in posterum eligi posse a Capitulo Canonicos definivit, salvo jure Episcopi pro approbatione eligendorum. In Fulginaten. 17. Dec. 1808.

(26. Neque opus esse censuit sanatione quoad præteritum. Ibid. ad 2. Dub.

(27. Reproposita causa, cum compertum esset Capitulum Vincanelli obligatum fuisse non ad servitium Chori quotidianum, sed per alternas hebdomadas, Sac. Congregatio stetit in decisis juxta modum, nempe reducto servitio Chori ab omnibus præstando ad dies festos etiam reductos, et hebdomadam majorem, donec auferentur fructus. In Civitatis Castellanae reductionis Servitii Chori die 21. Januar. 1809.

(28. Servandum esse Constitutionem S. M. Clementis VIII. Sicut Ecclesiarum (in qua

efflagitante Episcopo Orsini, erecti fuerunt duodecim Hebdomadarii in Aversana Cathedrali, ut in Divinis Officiis et Ecclesiasticis Cæremoniis Capitulo opem ferrent) Sac. Congregatio statuit contra Capitularem Canonicorum resolutionem, in qua plura contra eam constitutionem ab ipsis adhuc inobservatam sanciebantur. In Aversana Resolutionis Capitularis die 17. Maii 1814. ad 1. 2. 3. et 4. Dub.

(29. Cum dubia super declarationibus eorum, quæ decreverat die 15. Maii præteriti anni, postulatis a præposito Galli Dordoni, et simul Parocho offerri jussisset Sacra Congregatio, die 25. Januarii, his allatis, (confirmans quæ statuerat) quoad primum quæsitum utrum Capitulum Collegiatæ S. Joannis ad Ecclesiam S. Michaelis translatum anno 1562. deberet collegialiter incedere ad associationem cadaverum Canonicorum, respondit affirmative. In Placentina Jurium Parochialium die 20. Septembris 1814. ad 2. Dub.

(30. Si vero Capitulum nolit, vel non possit collegialiter incedere ad associanda cadavera Canonicorum, jus hujusmodi esse Parocho. Ibid. ad 3. Dub.

(31. Erectionem Dignitatis Thesaurarii a Capitulo Casalensi prorsus extraneæ ab Episcopo Villaret factam, servandam non esse Sacra Congregatio decrevit, ac proinde a Canonico Salina esse abjiciendam. In Casalen. die 29. Novembris 1814. ad 2. Dub.

(32. Capitulo Casalensi denegavit S. Congregatio, ut per optionem pro hac vice acquireretur a Canonicis Dignitas Primicerii a Sede Apostolica conferenda; cum nulla hujus rei concedendæ adesset rationalis causa, et ne a novitate inciperetur iudicium, dum idem Capitulum postulabat, ut leges Capitulares ab Episcopo eversas, ut laicæ potestati tunc dominantium morem gereret, ad pristinum statum reducerentur. In Casalen. die 29. Novembris 1814. ad 11. Dub.

(33. Eos vero optare posse juxta veteres Constitutiones Capitulares ad dignitatem Archipresbyteri, quam idem Episcopus Vice-Parocho amovibili Novarese sua abutens auctoritate contulerat, declaravit, postquam in præcedenti dubio sanxerat ab eodem Novarese eam dignitatem retineri non posse. Ibid. ad Dub. 13 et 14.

(34. De jure ferendi duo suffragia in Comitibus Capitularibus, quod sibi asserebat Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis Reatinæ, nihil decrevit S. Congregatio, sed resolutionem distulit, ut coadjuvarentur probationes. In Reatina juris ferendi suffragii die 19. Augusti 1815. ad 1. Dubium.

(35. Negavit porro S. C. Episcopo Reatino jus ferendi tria suffragia in Comitibus Capitularibus. Ibid. ad 2. Dub.

(36. Probavit S. Congregatio Decretum Episcopi Vigiliensis diei 16. Februarii anni 1804. quo impertitum fuit Canonicis Collegiatarum, et Parochialium Ecclesiarum SS. Matthæ et Adoeni, qui curæ animarum populi adacti ad capita quatuordecim millia adesse debeant, ut eis frui liceret Vacationibus ad

tertiariam juxta conciliares leges, et statuta Ecclesiae, ita ut duo ex tribus partibus Choro semper interessent, exceptis temporibus, in quibus omnes, et singuli tenerentur interesse, nempe tempore Adventus, Quadragesimae, in Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae, Quinquagesimae, necnon in omnibus solemnioribus diebus et Festis de praeepto, et Octavis privilegiatis. In Vigiliis. Servitii Chori die 15. Junii 1816.

(37. Constat de credito definivit Sacra Congregatio Capituli Vaticani adversus jam Canonicum Martorelli, qui tempore invasionis Choro interfuit, et distributiones percepit, quas lucraturi erant ii Capitulares, qui ob recusatum illicitum juramentum vel recitationem precum veterarum, Choro non interfuerunt, quas distributiones restituendas esse jussit Rescriptum SS. diei 7. Septembris anni 1815. ex mensualitatibus eorum, qui has distributiones ceperunt; rejecit praeterea Sacra Congregatio compensationem hujus crediti favore Capituli, cum altero credito ipsius Martorelli utpote illiquido. In Romana Crediti seu Compensationis die 15. Junii 1816.

(38. Sacra Congregatio, attentis peculiaribus circumstantiis, confirmandum censuit ad triennium indultum ab Episcopo Aquilano ex facultatibus sibi oretenus impertitis a Delegato Apostolico concessum Capitulo, ut Chori servitium praestaret diebus festivis de praeepto, tempore Adventus et Quadragesimae, ac octavarum D. N. et SS. Corporis Christi. Aquilana Servitii Chori die 23. Novemb. 1816.

(39. Abbati Spada, veluti quartae dignitati Metropolitanae Ecclesiae Lucanae, competere jus Missam canendi diebus solemnioribus, si illam Archiepiscopus non cantet, necnon eundem habere vocem activam in Capitulo, quando de rebus spiritualibus, et mixtis agatur; non vero si de rebus tantum temporalibus, quamvis tunc Capitulo interesse possit, dixit haec Sacra Congregatio, quia redditibus Capituli non gaudet, neque temporalia onera sustinet; eamque ob causam decrevit quoque, ut ad munera Capitularia eligi possit, et illa obire, si spiritualia et mixta sint; si vero temporalia, tum solum poterit, cum ad formam Bullae erectionis Abbatiae suae redditus in massam Capitularum contulerit. Tandem censuit eidem competere jus percipiendi emolumenta legatorum, quae post Abbatiae foundationem erecta fuere. In Lucana Praeminentiarum et jurium 26. Februarii 1818. ad 1. 2. 3. 4. et 5. Dub.

(40. Quam concordiam inter Capitulum terrae Arquati, et Archiepiscopum Antonium Mariae Podestà, qua plura in pristinum reducebantur, plura in melius commutabantur, etiam in reliquis omnibus ejus capitibus approbavit Sacra Congregatio juxta votum E. Relatoris. Ibid.

(41. Cum dispositioni Concilii Tridentini non adversaretur, ut quatuor Canonici Vicarii exercerent Curam animarum adnexam Capitulo Collegiatae Castri Arquati, approbavit Sacra Congregatio illud caput concor-

diae initae ab hoc Capitulo cum Archiepiscopo Antonio Maria Podestà, in qua statuebatur, ut Cura actualis resideret apud quatuor non ut antea mansionarios, sed Canonicos Vicarios, quae invasionis tempore ab Episcopo Fallot de Beaumont absque ulla auctoritate ablata fuerat Mansionariis et concedita Archiepiscopo Antonio Maria Podestà. In Placentina Concordiae die 12 Jun. 1818.

(42. Cum ageretur de actu voluntario et non necessario contra antiquam consuetudinem, censuit S. C. non esse approbandam resolutionem Capitularem, licet a majori parte, non ab integro Capitulo Alatrinae Ecclesiae factam die 18 Januarii 1817, in qua resolutum fuerat Capituli Officiales non esse proponendos a Decano Canonicis secreto suffragium laturis, sed omnia propositione Decani, esse per secreta suffragia eligendos. In Alatrina die 17 Junii 1820. ad 1. dub.

(43. Cumque praefatum Capitulatum Alatrinum non haberet Capitulares Constitutiones legitime confectas et approbatas, decrevit eadem S. C. providendum esse quoad futurum ad formam S. Concilii Romani titulo 2, cap. 4, et decreti synodalis anni 1790. Episcopi Speranza. Ibid. ad 2. dub.

(44. Sacra Congregatio decrevit constare de spolio illato Capitulo Collegiatae S. Mariae Assumptionis vulgo di Piazza Civitatis Novarum ex decreto Episcopi Villaret, quo eidem Capitulo sublatum fuit jus privativum benedicendi fontem Baptistalem, et Cereum Paschalem in die Sabbati Sancti cum interventu Parochorum SS. Petri, Andreae et Nicolai, vel per se, vel mediantibus eorum deputatis, nec non in eadem die pulsandi campanas ante caeteras Parochiales Ecclesias, atque distribuendi in Feria V, in Coena Domini Olea Sancta caeteris Parochis, ita ut Capitulo concesserit manutentionem, et quatenus opus esset redintegrationem. Ibid. ad 1. Dub.

(45. Capitulatum Collegiatae Novi manuteneri in possessione juris peragendi Exequias in propria Ecclesia, et percipiendi emolumenta funeralia juxta solitum, non obstante constructione publici Coemeterii, statutum fuit a Sac. Congregatione. In Derthonen. Spolii, Manutentionis, et Redintegrationis die 14 Aprilis 1821. ad 4. Dub.

(46. Prorogavit Sacra Congregatio iudicium antequam aliquid decerneret circa obedientiam a Capitulo et Clero Ortonensi praestandam Archiepiscopo Lancianensi in pervigilio SS. Apostolorum Petri et Pauli, quo edicto eos obligare voluit. In Lancianen. die 21 Julii 1821.

(47. Juxta doctrinam a Benedicto XIV. traditam aliasque decisiones hujus Sac. Congregat. eadem decrevit, non potuisse Adriense Capitulatum in electione Vicarii Capitularis sibi reservare jus Confessiones excipiendi, absolvendique a reservatis. In Adriens. Jurisdictionis 30 Maii 1827. ad 1 et 2. Dub.

(48. Cum nullius extiterint momenti, quae pro sui exemptione protulerat, declaravit S. Cong. Capitulatum Arborense sui Archiepiscopi jurisdictioni subesse, et jussit scribi Archiep. ad mentem, facto verbo cum SS. In Arboren. 18 Julii 1833. ad 4. Dub.

(49. Capitulo Puteolanae Cathedralis mandavit S. Congreg. ut intra sex menses Capitulares conficeret Constitutiones, ab Episcopo approbandas, quia iis omnino carebat. In Puteolana Reductionis servitii Chori 4 Junii 1836. ad 3. dubium.

(50. Cum Leo XII. in restauratione Ecclesiae Collegiatae Ophidanae Capitulo omne onus et curam omnimodam trium illius oppidi parochiarum imposuisset; curam autem ab aliquibus ex Canonicis gerendam decrevisset, hinc orto dubio, parochis an capitulo archivii parochialis constructio, S. supellectilium emptio omniumque manutentio incumberet, S. C. omnia ad Capitulatum pertinere pronuntiavit. Asculana, literarum Apostolicarum 20 Jan. 1838. ad 9. dub.

(51. Abbati, qui ex Bulla erectionis Collegiatae Sanctae Mariae de Remedio Caput Capituli constitutus fuerat « cum superioritate, jurisdictione, et correctione in spiritualibus, et temporalibus in his tantum, quae ad ipsam Ecclesiam pertinent » et cum facultate super his statuta cum Capitulo condendi, ab Ordinario loci approbanda; jurisdictionem competere quoad internum ejusdem Ecclesiae regimen cum dependentia ab Ordinario, definivit S. C. In Januen. literarum Apostolicarum 2 Junii 1838. ad 5. dubium.

(52. Administratoribus Ecclesiae Collegiatae S. Mariae de Remedio Januensis Civitatis Missarum stipendia Capitulo denegantibus, nisi fidem de satisfactione Missarum exhiberent, S. Congregatio inspecta praesertim concordia inter ipsos et Capitulares unanimiter inita, definivit, per Canonicum Camerarium fidem tantum exhibendam esse de regularitate libri in quo Missae adnotantur. Januen. literarum Apostolicarum 2 Junii 1838. ad 1. dub.

(53. Deinde censuit ad formam Apostolicarum literarum, non administratoribus sed Abbati et Capitulo exclusive competere facultatem eligendi, et amovendi Ecclesiae et Sacristiae inservientes, quamvis ab illis conventa stipendia solverentur. Ibidem ad 2. dub.

(54. Et si in literis erectionis Capituli Ecclesiae Collegiatae Montis Georgei disponeretur ut cum Capitulo applicarentur bona quaedam tunc ab aliis retenta, Canonici quotidiano chori servitio adstringi deberent: cum tamen ubi ejusmodi casus advenit Massa

CARDINALES.

S. CONGREGATIONIS CAEREMONIALIS DECRETA.

(1. Sacra Congregatio Caeremonialis cuiuscumque abusus et novitatis eliminationi sedulo, ac provide intenta, et ad amplissimam praecipue Sacri Cardinalatus digni-

Capitularis ingentibus expensis exhausta fuisset, et magnis pensionibus etiam posthac aliquo tempore gravaretur; Canonici per alios quindecim annos a quotidiani chori Servitio eximi postularunt, obtinueruntque a S. C. ad quinquennium, facto verbo cum SS. Firmana servitii chori 28 Julii 1838.

(55. Episcopus Ceriniolensis novam in eundem esse contendens partitionem reddituum, qui pro distributionibus quotidianis in Bulla erectionis assignantur, petit cogendos esse Capitulares ut, qui superent redditus in Cathedrali Ecclesiae ampliatiorem erogent. At cum in responsione ad primum dubium ab eo excogitatum partitionem rejecerit S. Ordo, hinc ad aliam dubii formulam super hac altera petitione concinnatam respondit: Provisum in primo: In Asculana et Ceriniolen. Literarum Apostolicarum die 22 Augusti 1839. ad 2. dubium.

(56. Conquestus idem Episcopus Capitulares vel nil, vel parum pro Ecclesiae fabrica, et sacris supellectilibus contribuisse, postquam ea ad Cathedralis honorem erecta est, postulavit, ut aliqua summa, quam indefinitam reliquit Bulla erectionis, praefiniatur quotannis impendenda in Ecclesiae Fabricae ac sacrarum supellectilium manutentionem; ac neque huic petitioni, (cum nihil de ea summa praefinisset Pontifex in sua Bulla) annuere duxerunt EE. PP. edito responso: negative, et serventur Literae Apostolicae: In eadem ad 4. Dub.

(57. Reclamante Capitulo Collegiatae montis Falci contra novam Procurationem partiendi methodum ab Archiepiscopo inductam, quia praesertim ab hac plures gravabantur contra jus sibi acquisitum per longævam, et legitimam consuetudinem, S. Congr. perpendens consuetudinem haud dubie sese exerere posse non quidem contra alios gravatos, quatenus scilicet alii praeter alios graventur in persolvenda procuratione, servandam esse consuetudinem respondit. In Spoletana Procurationis die 3 Decembris 1839.

(58. Ex Capitulari statuto, et consuetudine immemorabili sibi vindicantibus Ecclesiae Cathedralis Ausculanae Mansionariis vocem in capitulo quoad Capitularis Vicarii electionem; ad tutiorem rei definitionem placuit causam differre, ut interim audiretur iterum Episcopus, qui referret accuratius de consuetudine, transmissis particulis actorum praecedentium electionum Vicariorum Capitularium, et exquireretur votum E. Polidori. Asculana Ceriniolen. Vocis in Capitulo die 24 Nov. Resolutiones an. 1842.

tatem in sibi debito decore conservandam, decreta jam confecta diligentissime examinavit, auxilium, et in formam ut infra redegit.

(2. EE. DD. Cardinales nuper creati, etiam ab Oratoribus Principum ante suscepta Car-